

III D

La Translation des Saintes Reliques de la Passion dans la basilique de Notre-Dame d'Aix-en-Allemagne, puis dans l'église abbatiale de Saint-Denis et dans celle de Saint-Corneille de Compiègne.

Extrait du *Vieux Manuscrit de Saint-Germain-des-Prés.*

[F° 4° v°, col. 2.] *Incipit descriptio qualiter Karolus Magnus Clavum et Coronam Domini a Constantinopoli Aquisgrani attulerit, qualiterque Karolus Calvus hec ad sanctum Dyonisium retulerit.*

[KAROLUS MAGNUS]

[F° 4, col. 2]. Denique per totum pene orbem terrarum legatos suos misit (Karolus Magnus) nuntiantes quatinus, in idibus junii mensis, omnes homines venirent Aquisgrani videre que de Iherusalem et de Constantinopoli secum detulerat, scilicet de spinea Corona, quam Dominus noster Jhesus Christus sustinuit, octo videlicet spinas cum parte roboris ubi fuerant infixæ; et unum de clavis; et de ipsa cruce; et *Sudarium* ejusdem Domini; interulam quoque beatissime Marie, matris ipsius Domini, semper virginis, quem in ipso partu habuit, atque fasciam qua strinxit eum in presepio; et sancti senis Simeonis brachium, alia quoque multa. Itaque turbis undique advolantibus, factus est statim sine numero populus. Ceterum postquam ventum est ad constitutum diem, imperator consilio archiepiscoporum, presulum et abbatum et aliorum sanctorum virorum, doctos pontifices et alios bonos doctores, sermocinando per trigenta loca indicere jussit catervis, quoniam multitudo enormis erat, ut priusquam accederent ad tam sancta videre, confiterentur puro corde peccata sua. Quod factum est.

Postea vero rex, cum clero Dei laudibus vacante, in promuntorium quoddam foris castrum venit, secum sancta deferens; deinde circumstanti populo omnique clero que apportaverat prememorata sancta satagebat denudare. Preterea qui aderant sancti viri fecerunt sermonem ad populum atque quotannis fieri indixerunt indictum spinee corone Domini, clavi et ligni Crucis *Sudariique* ac plurimarum sanctarum reliquiarum, et hoc tempore in junio mense, et in

ebdomada secunda, in jejunio scilicet quatuor temporum quarta feria; et bene in jejuniis, quia nemo ad tam sancta nisi sobrius et jejunus purificatusque atque mundus accedere debet. Sic itaque, ut digne signaculum ab eis possit percipere, in remissionem peccatorum, quisque se studiose vera purificet confessione¹. Vocatur autem indictum ab indicendo.

Sed quoniam ad peccatorum mentionem venimus, opere precium est dicere de peccatorum remissione, que fit in sanctorum visitatione. Huncque archiepiscopi pontifices quoque, ad memoriam nostre redemptionis, fructum penitencie, ad locum et ad terminum prescriptum, multitudini indixerunt si quotannis venire satagent. Si quis vero pure sua confessus est peccata, et, ut dictum est, causa indulgentie ad hoc indictum venerit, vere penitentie faciens fructum, ipsi remedium veniat [f^o 4 v^o] usque ad terciam partem penitencie, quodcumque sit (peccatum). Et hoc etiam sacerdoti, cui confessus fuerat peccata sua, prius denunciaret, et ita sanctorum reliquiarum visitatione et benedictione exhilaratus, cum pace et jocunditate domum suam quisque redeat letificatus. Uxorem tamen suam, si voluerit, et filios suos aut amicos, si meruerint, participes facere

1. Toute cette narration, depuis *Denique per totum pene orbem terrarum*, jusqu'à *se studiose vera purificet confessione*, se trouve reproduite mot pour mot dans la *Vie de Charlemagne*, publiée par Rauschen, sous le titre : *De sanctitate meritorum et gloria miraculorum beati Karoli Magni ad honorem et laudem nominis Dei*. Chapitre XXIV : *De convocatione principum et totius populi*. Le récit se poursuit de la manière suivante, sur un ton assez ironique à l'endroit de l'assemblée d'Aix-la-Chapelle :

Quapropter ab indicendo indictum vocatur.

Si quis vero scire affectat nomina et numerum archiepiscoporum episcoporum et abbatum ad idem sollempne indictum convocatorum, historiam unde hec excerpta sunt, perlegat. Nusquam tamen perfecte omnium nomina et numerum esse comprehensa certissime confidimus, cum scriptorum incuria vel ignorantia in his et similibus quamplurima diminuta pertranseat. Ignorare autem fidelium Christi nolo diligentiam, quia in eadem curie celebritate, inter cetera Dei magnifica et laudande majestatis opera, cujusdam mortui legitur facta resuscitatio, *super corpus exanime posito Domini Sudario*, omni clero et populo laudes illi decantante, cui honor et imperium in secula seculorum sine fine. Amen.

Explicit liber secundus.

(G. RAUSCHEN. Die Legende Karls des Grossen im 11. und 12. Jahrhundert, p. 65 et 66.)

elemosinarum orationumque, quas in ipsa via vel in statione fecerit, bene poterit, ita profectus, ut dixi.

Et hoc sanxerunt omnes archiepiscopi atque episcopi, sancti sacerdotes et abbates doctique monachi quibus prerogativa scientie facundieque erat, quorum nomina hec sunt :

In primis dominus Leo Romane ecclesie papa, Tilpinus Remorum archiepiscopus, Justinus Laudunensis episcopus, Johannes Lugdunensis archiepiscopus,..... Goffredus Noviomensis episcopus,..... Ricardus Ambianensis presul,..... Macharius Belge episcopus, Frotmundus Leodii episcopus, Robertus Suessionensis presul..... Fortunatus Valentie archidiaconus, Lupicinus quoque episcopus ejusdem, qui supra cadaver cujusdam mortui Sudarium Domini posuerunt, qui statim surrexit illesus. Et hoc miraculum voluit Deus coram populo manifestare, ut credo, quatinus posteris luceret pro lumine et hujus rei probatione.....

Itaque hi omnes atque alii sanctissimi viri sanxerunt hoc indicium ; per unum vero mensem et tres dies servaverunt ibi dulcissime prescriptas Domini nostri Jesu Christi penas, extractas ad utilitatem confluentis populi ; postea quidem reversi sunt jocundati, quisque in regionem suam. Interea imperator basilicam construxit inibi magnifice ; eadem autem intentione et devotione quotannis indictum statutum est fieri et divulgatum per omnes fere regiones mundi, quamdiu Karolus Magnus piissimus rex vixit (f° 4 v° col. 1. finis).

[KAROLUS CALVUS]

[Tribus] itaque illis defunctis, [f° 5] Karolus Calvus quatuor regna solus gubernavit. Qui in regno quiete degens et ceteros fratres suos supervivens, omnia regna eorum suo conjunxit imperio. Quique incomparabilis existens bonitate priores et futuros Francorum reges superavit munificentia ecclesiastica. Nam totius regni sui monasteria largitate precipua augendo multiplicavit. Insuper cenobium beati Dionisi Ariopagite, ubi ipse dominus noster corpore quiescit, mirabiliter ornamentis incomparabilibus et terris ditavit monasteriumque Compenii sancti Cornelii funditus instruxit. Preterea post multa annorum curricula, quoniam quidem de auro et de argento, et de illis pluribus, que antea et adhuc usque hodie reges, duces atque consules unaque alii homines in templo Dei et sancti predicti martiris Dionisii pro peccatis suis obtulerant, sed ipse rapuerat, spineam Domini coronam et unum de clavis, qui in carne ejus fuerunt, et de ligno Crucis, et alia quedam ad ecclesiam ter

beati Dionisi, martiris devote attulit. Nam *Sudarium Domini Compennii* dimisit, quod castrum ad instar Constantinopolis urbis facere moliebatur, ac ita parato opere, suo nomine titularat, sic appellans Karnopolis, ut Constantinus suo Constantinopolis. Preterea vero ipsum idem indictum per totum prope orbem terrarum eodem modo, quo Karolus Magnus Aquile Capella indixit quotannis fieri, ut superius diximus, apud villam ter beatissimi Dionisii Aripagite stabilivit in Domino; de venia vero penitencie, sicut in priori fuisse sancitum, sic in secundo confirmatum indicto fore perhibemus, quando quidem ab ipso rege stabilitum fuisse cognoscimus.

Biblioth. Nation., ms. latin 12710; Sancti Germani à Pratis, n° 1085, olim 646, f°s 4 et 5. — Gerhard RAUSCHEN. Publikation der Gesellschaft für reinische Geschichtskunde, VII. Die Legende Karls des Grossen, im 11. und 12. Jahrhundert, Leipzig, 1890, p. 120-124.

III E

*La Translation des Saintes Reliques de la Passion
dans la basilique d'Aix-la-Chapelle.*

Extrait des *Grandes Chroniques de Saint-Denis*.

Après envoia ses coursiers aussi comme partout le monde et fist crier que tuit (tous) venissent à Es la Chapèle aux Ides de juing por veoir et por aourer les saintes reliques que il avoit aportées de Jérusalem et de Constantinoble :

C'est à savoir VIII des espines de la sainte couronne de Nostre Seigneur, que il ot (eut) sour son chief le jour de sa Passion, et une partie du fust de la Sainté Crois, le saint Suaire en quoi il fu enveloppez ou sépulcre, la chemise Nostre Dame que elle ot vestue en son beneoit enfantement, et le bras destre saint Syméon dont il reçut Nostre Seignour ou temple le jour de la Chandelour et maintes autres précieuses reliques. En poi de tens après ce que il ot ainsi fait crier, y assembla tant de pueple que nus ne le pooit esmer (estimer).

Quant ce vint au jour qui i fu mis, c'est à savoir le secont mercredi de juing, li emperes ot conseil aus évesques et aus archevesques, aus abbez et aus autres personnes de dignité, comment il ouvroit (opérerait) et pour ce que la multitude du pueple estoit si grans, que nus ne la pooit ne nombrer ne esmer (estimer), fist il preeschier aus prélats en xxx lieux et amonnester le pueple que il fussent confés et repentant de leur pechiez avant que il aprochassent aus saintes reliques.

Quant ce vint au jour qui i fu mis, et li prelat et li pueples furent asamblé, li empereres descouvri les saintes reliques pour monstrier au pueple : li prelat et li évesque firent sermons en xxx lieux : là establi li empereres le lendit par la constitucion des prelaz, qui là furent present, en la quarte fere (férie) de la seconde semaine de juing, aus geunes des IIII tans. Si fu bien avenant chose que il fust establi au tens des geunes ; car nus ne doit atouchier à tex saintuaires, se il n'est geuns et sobres et saintefiez par confession et par penitance. Mes pour ce que nous avons ici fait mencion de la remission des pechiez, volons ci parler et deviser de la miséricorde et de l'indulgence des pechiez qui là fu establie. Car li prelat qui

là furent establirent pardon ; que quiconque vendroit a ce lendit [au temps] que nous avons nonmé, pour aouer (adorer) les saintes reliques, pour quoi il fust confés et repentans de ses pechiez, les dui (deux) parties de la pénitance de ses pechiez li seroient relachies, de quelque péchié que ce fust, et plus encore que il peust faire parçonniers (participants) du fruit de sa voie sa fame et ses enfans et ses amis, pourquoi il fussent en tel point que il le peussent avoir.

A ce s'asentirent et establirent tuit li prélat qui la furent archevesque et evesque et abbé desquex les nons sont ci mis.

Premierement li apostoles Léon, Turpins archevesques de Rains, Justins archevesques de Lyons, Jehans archevesques de Treves, Gieffrois evesques de Noion, Richard evesque d'Amiens, Machaires evesques de Belge, Fromons evesques de Liege, Robers evesque de Soissons, Lupicins evesques de Valence et Fortunaz archediacles de ce lieu meisme. I cil dui (ces deux) mistrent le suaire Notre Seignour sour le cors d'un mort qui maintenant fu resuscitez. Ce miracle vout nostre Sires faire devant son pueple, si com je croi, pour ce que il fust lumière de foi et de creance aus presens et à ceulz qui après vendroient

Tuit cil prelat, qui ci sont nommé, et maintes autres dignes personnes confermerent par leur seaus ceste constitucion que li empereres establi; et demourerent là un mois et troiz jours, pour garder les saintes reliques, à l'onnour de Dieu, et au profit du pueple Atant s'en departirent et retourna chacuns en sa contrée, en loant et en graciant le Roi qui regne et qui regnera par tous les siecles des siecles. Amen.

Grandes Chroniques de Saint-Denis sur les gestes de Charlemagne, liv. III, chap. XI et XII; D. BOUQUET, *Rec. des Histor. des Gaules et de la France*, t. V, 279-284.

IV

La Translation du Saint Suaire à Compiègne.

Extrait de la *Chronique de saint Elinand*.

Karolus iste Calvus monasterium sancti Cornelii apud Compendium fundavit et perfecit. Hoc castrum cogitaverat facere ad instar Constantinopolis et de nomine suo illud appellavit Karlopolim. Hic indictum diem, quem Carolus magnus apud Aquilam Capellam suam instituerat Aquisgrani, instituit apud villam S. Dionysii; et cum in ecclesia sancti Dionysii multa rapuerat, quae alii dederant, spineam coronam Domini et unum de clavis et de ligno crucis et alia quaedam ibi attulit. Sudarium autem apud Compendium reliquit.

Chronique d'Elinand, l. 46, 1^{re} page du manuscrit venant de l'abbaye de Froidmont.
